



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XVI. Vt lite pendente nihil innovetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

missio fit duntaxat rei servandæ causâ,  
 ut eam custodiat Actor, dum interim *c. 1. &*  
 veniat responsurus Reus; idque in acti- *ult. h. s.*  
 one tam in rem quam in personam.

*Quando secundo decreto opus est?*

Hic distingue inter actionem realem  
 & personalem. Nam in reali actione o-  
 pus non est hoc secundo decreto, scili-  
 cet Reo post missionem non compa-  
 rente intra annum; quia tunc Actor, e- *d. c. 1. h. s.*  
 lapsa anno, statim, id est absque alio  
 Judicis decreto, consequitur veram rei  
 possessionem, in quam missus est. Ve- *c. 5. §. in*  
 rum in actione personali, quia Reo *aliis sup.*  
 contumace intra annum non compa- *vt lite nõ*  
 rente, eo anno elapso non statim ac- *contest.*  
 quiritur Actori possessio rei, in quam *vallen.*  
 missus est, opus est secundo Judicis de- *hic n. 3.*  
 creto, ad hoc, ut veram rei possessionem  
 consequatur.

Ut lite pendente nihil inno-  
 vetur.

TIT. XVI.

In ea quisque possessione, aut quasi,  
 manere debet, quam initio litis ha-  
 buit, adeoq; lite pendente nihil est in-  
 novandũ, id est nihil fieri potest, quo  
 litis

litis qualitas statusve immutetur al  
quo modo.

*Pendere lis quando dicitur?*

*Clem. 2.  
h. t.*

**P**endere lis dicitur inter aliquos, non  
tantum quando lis est contestata  
sed simul atque Reus ab Actore in  
vocatus est, addita & clarè expre  
causa, ob quam vocetur.

*Non licebit ergò in jus vocato super aliq  
re eam rem alienare?*

*c. 3. & 4.  
h. t.*

Nequaquam : neque per huiusm  
alienationem possessio aut dominium  
in alium transferetur. Imò is, qui ali  
navit, si recuperari ea res non possit  
netur aliam in eius locum surrogare

*An neque rei controversa possessio pro  
dente lite auferri alicui  
poterit?*

*c. 12. ver.* Non poterit, licet quis proferat Pri  
cipis aut S. Pont. rescriptum, quo id  
quia ra- beatur: quia tale rescriptum non pra  
men sup. mitur à Principe aut S. P. profect  
De off. nec Pont. praesumitur alicui suo re  
jud. ord, pro ius suum auferre velle sine  
c. ult. h. t. causa. Hinc etiam rescriptum lite pe  
dente impetratum, litis nulla facta  
tione, tanquam subreptitium reitit